cf. Luc. 23,43. bona paradisi promittere[a] dignatus est'. Iudex[b] dixit[c]: 'Sacrifica[d], ne te in conspectu amatorum[e] tuorum, qui tecum turpiter vixerunt[f], ut[g] publicam meretricem vivam incendam'. Afra respondit[h]: 'Confusio mihi nulla est, nisi de peccatis meis'. Iudex dixit: 'Porro iam[i] sacrifica, quoniam[k] iniuria mihi[l] est tot horis tecum concertare[m]; certe, si nolueris, occideris[n]'. Afra respondit[o]: 'Hoc mihi[p] est, quod opto, si tamen merear[q] in[r] conspectu eius, cui peccavi in corpore[s] meo, requiem invenire'. Iudex[t] dixit: 'Aut[u] sacrifica[v] aut[w] te incendam'. Afra respondit: 'Corpus meum, quod peccavit, accipiat diversa tormenta; nam animam[x] meam sacrificiis daemonum non coinquinabo'. Tunc[y] iudex nequissimus[z], data[a] sententia, dixit: 'Afra[b] publica meretrix, qui[c] se christianam[d] professa[e] est et noluit sacrificiis participari[f], vivam incendi praecipimur[g]'. Statimque rapta est[h] a ministris, ducta[i] est ad[k] insulam fluvii[l], quae dicitur[m] Lacce[n], ibique expoliantes[o] eam ad stipe[p] ligaverunt[q]. At illa elevans[r] oculos suos[s] ad caelum,

---

a) repromisit. I. *β*. b) Gaius *add. β (om. A* 1*b)*. c) Magis *add. a solus*. d) Diis *add. β*. e) amicorum *a. a**. f) vivunt *a. a**; *addunt* catomis caesa *a*, catonis cesam *b*, catinis caedam *a**, catomis caedi iubeam *β*; *haec om. a*. g) *ita α. b*; (ut p. m. *om.*) vivam incendi precipio *a*; et publicanam (m. *om.*) v. i. *a**; ut — incendam *om. β*. h) dixit *a*. β (non A* 1*b*. 2. *B* 2*)*. i) *ita α. β*; i. *om. a. a**; P. i. *om. b*. k) *ita a. β*; quia *a. a*. b*. l) est m. *a*. β*. m) *ita a. a* et β (A* 1*b, rell.* certare); concertari *b*; contendere *a*. n) occidam te *a*. b*; gladio te occidi precipio *pro* occ. *a*. o) dixit *a*. β (non A* 1*b*. 2*)*. p) *om. a. a*. β*; Hoc et ego opto *b*. q) mereor *a. a**; ut (vel *add. a*. b*) per hanc confessionem (nominis sui *add. a, cf. infra p.* 51, 9; merear *add. a**; *post* p. in c. meo *pergit* invenire merear requiem peccatorum meorum *a*) *add. a. a*. b. β*. r) digna efficiar, *om.* in consp. — in corpore meo *β*. s) corpori *m. al., sed aequali corr.* corpore *a*. t) Gaius *add. β*. u) *om. β*. v) nam torquere te faciam *add. et pergit* et post haec vivam incendi *β*. w) totam *add. b*; tortam *h. l. et post* te *add.* ream *a**; aut faciam te vivam incendi *a*. x) *ita a. β*; anima mea (inmundissimis *add. a*) sacrificiis (d. *om. a. b*; tuis *pro* d. *a**) non quoinquinabitur (coin. *a**; non coinquinabitur s. *b*) *a. a*. b*. y) *ita a. a*. β*; Sic *a. b*. z) *ita a. β*; *om. a. a*. b*. a) *ita a. a*. b*; dedit sententiam, dicens *a*; dictavit sententiam, dicens *β*. b) Afram (Affram *a*) publicam (p. *om. a**) meretricem *a. a*. b. β*. c) *ita pr. m. a*. d) christia(nam *m. aequali superscr.*) *a*. e) confessa *a. a**. f) *ita a. β (A* 2. *B* 1. 2. 3*)*; s. parere *b*; sacrificare *pro* s. p. *a. a**. g) praecipimus *β*; precipio *a. b*; praecepi *a**. h) *ita a. β (A* 2. *B* 1. 2. 3*)*; *om. b*; raptam a m. *a**; a m. raptam *a*. i) *ita a. b. β*; ductam *a**; (et *add.*) d. (est *om.*) *a*. k) in *β*. l) *om. b*; fl. *post* q. d. L. *a*; fluvio *post* L. *a**. m) *ita a. b. β*; vocatur *a*; q. d. *om. a**. n) *ita a*; Lacchae *β (A* 2*)*; Laechae *a**; Lice *a*; Lycie *b*. o) eam exp. *a. β*; spolientes eam *b*; exspoliatam, *om.* eam *a**. p) *corr.* stipē *a*; ad stipitem *a*. β*; stipiti *a. b*. q) alligaverunt *b*; alligarunt *a**. r) levans o. *a*. b*; elevatis oculis *a*. s) *ita α. β*; *om. a. a*. b*.